

877
JESU BENIGNO DUCE
DISPUTATIO JURIDICA,

1625, 1 39. 13

De

PRIVILEGIIS
PVPILLORVM,

24
/

excerpta,

Ex Jure Divino, Civili, Canonico & Saxonico,

Quam

Autoritate ac permisso Magnificæ & Amplissi-
mæ Facultatis Juridicæ in Electorali Academia

LIPSIENSI,

SUB PRÆSIDIO

VIRI Clarissimi & Consultissimi

Dn. IACOBI BLUMELII

Philosophiæ & U. J. D. & Professoris
Publici

2 1/2 Bl.

Publicæ & amicæ collationi defensusurus

EXPONO

FRIDERICUS FRANCUS COBURGO
FRANC.

Ad diem 1. Septembris

horis consuetis

In Auditorio ICTorum.

LIPSIÆ,

Typis exprimente Gregorio Ritsch.

ANNO M. DC. XXV.

78



Magnifico Illustris Academia Lipsiensis **RECTORI**

V I R O

Admodum Reverendo, Clarissimo, Amplissimo & Excellentissimo

Dn. POLYCARPO LYSERO SS.

Theol. D. & Prof. Publ. venerandæ Facultatis Theologicæ Decano: ibidemq; in æde ad D. Thomæ Pastori, Ecclesiastici Dicasterii Assessori & Academiæ Decemviro, Episcopatus Misnensis Canonico & Collegii Principum minoris Collegæ &c.

NEC NON

Nobilissimo, Strenuissimo multarumq; magnarum rerum usu & experientia Eminentissimo **V I R O**

Dn. JOHANNI A PONICKAVV in Pomsen & Rehra &c. Illustris Gymnasii Grimm: Ephoro gravissimo.

Ut &

V I R I S

Amplissimis, Consultissimis & Excellentissimis

Dn. CUNRADO RUHELIO Icto eximio & summi iudicii Electoralis, quod Appellationum vocant, Advocato primario.

Dn. ALEXANDRO FABRO U. J. D. & Advocato Dresdensi eminentissimo.

Dominis, Mæcenatibus & Evergetis suis eâ, qua decet reverentiâ, quâ debet observantiâ atatem prosequendis.

Exercitium hocce Academicum, In debita observantiâ ac devota gratitudinis symbolum studiorumq; suorum ulteriorem commendationem submissè offerre & inscribere.


voluit debuit

AUTOR & RESPONDENS:



Quod sancta TRINITAS atq; indivisa UNI-
TAS benè vertat!

PROLOQUIUM.

Uam perosa DEO & Hominibus sit oppressio
PUPILLORUM, Divinæ literæ passim & lucu-
lentissimè *Exod. cap. 22. v. 22. Deut. c. 24. v. 17. 26.*
c. 27. v. 19. Psalm. 82. v. 3. Zach. c. 7. v. 10. Siracid. c. 4. v.
10. Jacob. c. 1. v. 27. commonstrant, in quibus locis Pu-
pilli insigniter & ad animam usq; nobis commendan-
tur. Hinc haud immeritò Jurisperiti & Amantes uni-
versi ductu naturæ atq; feriorum mandatorum Divino-
rum observantiâ debitâ commoti præ cunctis PUPIL-
LORUM defensioni studere desudârunt, illis que per-
multa & laude digna concesserunt privilegia, eò quòd
fragile sit & infirmum hujusmodi ætatum consilium ac
multis captionibus suppositum, multorumque insidiis
expositum *l. 1. ff. de minor. l. 48. ff. de fidejussor. l. 1. in fin.*
C. de falsâ monetâ. Quocircâ præ aliis privati juris ma-
teriis hanc de PUPILLORUM PRIVILEGIIS per o-
mnes ferè juris articulos dissipatam & certâ sine me-
thodo à Dd. diffusam in perenne PUPILLORUM cala-
mitosorum perfugium ac solatium præsentis disputatio-
ne elaborare, elaboratam DEO, Doctore atq; Ducto-
re publicæ disquisitioni exponere volui, debui. Nemo
autem sibi persuadeat, me omnia & singula jura privi-
legiaque privilegiatarum harum personarum, nullis
prorsus omissis, hîc exprimere, quoniam omnia recen-
sere

A 2

sere



fere neque voluntas, neque facultas mea est; nam licet in quibusdam minus plene, in quibusdam ordine irregulari, & in quibusdam non observato tramite juris pertractasse videar, ingenii mei tenuitati hoc inscribat, quia omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis est *l. 2. C. de vet. jur. enucl.* Principalibus igitur contenti esse cogimur. His proœmii loco præmissis ordiar à PRIVILEGIORUM etymologiâ & synonymiâ.

THESIS I.

PRIVILEGIUM, *A* antiquo verbo, est quasi priva lex sive singularis, *B* quia veteres priva dixerunt, quæ nos singula nominamus *C*.

A Cum in omni vel maxime Juris disciplinâ, potior quidem rerum, prior autem verborum est habenda ratio arg. *l. 1. pr. ff. de J. & J. arg. l. 1. pr. ff. de reb. cred. & arg. l. 1. § 1. ff. de suspect. tutor. e re est priusquam ad ipsam rem progrediar, notationem privilegii præmittere, quoniam res ipsa satis cognosci nequit, nisi de verbis prius constiterit, & verba non Grammaticis tantum, sed & Ictis cura sint arg. l. 1. in pr. ff. de just. & jur. l. 1. § 1. ff. de pact. l. 1. § 1. de tutel.*

B *6. privilegia 3. dist. 3. l. 16. ff. de Ll.*

C *Gell. libr. 10. c. 20. Sic Livius lib. 7. scribit, milites privis tunicis donatos fuisse.*

II.

Hinc etiam appellatur Jus singulare: *A* Prærogativa: *B* Beneficium: *C* Constitutio personalis: *D* Favor: *E* Gratia: *F* Auxilium: *G* Immunitas: *H* Indultum: *I* Hæresis lex: *K* Dispensatio: *L* Lex privata. *M*.

A per *l. 16. ff. de Ll. ad differentiam juris communis.*

B in *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. l. 6. § 4. ff. de mun. & hon.*

C *l. 3. ff. de constit. Princip. quia Princeps talè concedens benefacit illis quibus conceditur.*

Din

D in § sed & 6. l. de I. N. G. & C. l. 1. ff. de constit. Princip. quod non transgrediatur personam.

E in l. 51. C. de Episcop. & Cler. l. 29. C. de pact. quod in favorem certarum personarum sit constitutus.

F in l. 7. § quæsitum §. ff. de minor. quod detur gratis.

G in l. 1. § fin. ff. de const. Princip. quod sit suffragium ac beneficium juris.

H in l. 18. ff. de v. S. quod præstet immunitatem

I in l. 2. § 2. ff. de his qui not. infam. quod clementer à Principe sit tributum.

K in l. 6. § 2. ff. de excus. tut. hoc est, privata & singularis.

L c. 16. caus. 1. quæst. 7. & tunc dispensatio tantum relaxationem juris communis significat.

M c. ult. caus. 25. q. 1. datur enim privilegium privatis & singularibus, hoc est à jure communi exceptis, non etiam universis & omnibus c. privilegia 3. dist. 3. Cicero libr. 3. de Ll.

III.

Definitur A autem PRIVILEGIUM, quod sit jus singulare B à Principe C certæ personæ vel rei D ob aliquam æquitatis rationem E contra communes juris normas indultum F.

A Premissa nunc privilegii etymologia & synonymia ad definitionem realem procedo, quia nominis inspectionem sequitur definitio rei, non dignitate sed ordine arg. l. 1. ff. de furt. l. 1. ff. de pact. l. 5. § 3. & 4. ff. de pecul.

B eò quod paululum aberret à regulis juris communis c. cum contingat. de foro comp.

C in l. 1. § 2. ff. de constit. Princip. & § 6. J. de J. N. G. & C. qui Imperator in l. 1. § 1. & l. 3. ff. d. t. Vicarius Dei in terris arg. l. 2. § sed quia 18. C. de vet. jur. enuel. & Mundi Dominus dicitur in l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. Novell. 105. c. 2. in fin.

D Hinc quadam privilegia sunt personalia, quæ propter solam personæ conditionem indulta sunt, atq; ad heredes non transeunt, sed cum personâ, cui data sunt, simul expirant l. 2. C. de Ll. c. privilegium 7. de R. J. in 6. nec in exemplum trahi debent juxta regulam: Quod alicui gratiosè conceditur, trahi ab aliis non debet in exemplum c. quod alicui de R. J. in 6. Quædam realia, quæ certæ alicui rei vel causæ sunt tributa l. 68. l. 196. ff. de R. J.

A 3

E quâ



Et quã cessante privilegium nullius censetur esse valoris arg. l. quod di-
ctum 32. ff. de pact. arg. l. adigere 6. § quamvis 2. ff. de jur. patron. e. cum
60. extre. de appellat.

Fl. 16. ff. de Ll. per l. 2. C. eod. Ponamus casum secundum nostram
subjectam materiam: Regula juris communis vult, ut serventur ea, qua in-
ter contrahentes placuerunt in pr. l. 5. ff. de pact. Si verò pupillo cuidam sine
tutoris sui autoritate placuerit, ut alteri obligatus esset, juxta regulam qui-
dem juris communis predictam placitum illud pupillus servare teneretur, sed
quia magna inter pupillos atq; homines legitime etatis hac in parte est ine-
qualitas intuitu imbecillis & improvida pupillorum etatis, que plurimis ca-
ptionibus obnoxia est; ideò Lllatoribus iniquum visum fuit, prænominatam
juris communis regulam ad pupillos & juste etatis homines aqualiter refer-
re, proinde pupillos ab eâ exemerunt aliâ lege speciali, que pupilli obligatio-
nem sine tutoris autoritate factam prorsus improbat per l. Julianus 13. § si
quis à pupillo 29 ff. de action. empt. & vend. l. pupillus 5. § 1. ff. de autor.
& consens. tut. & curat.

IV.

Irrogant & confirmant privilegia aut propriâ autorita-
re ceu Imperator A Reges, Principes, nec non Republicæ su-
periores non recognoscentes: B aut concessâ, ut sunt ii qui-
bus summus Princeps potestatem exercendi jura Principis
in suo territorio concessit C.

A per l. 1. § fin. l. 3. ff. de constit. Princip. § 6. J. de J. N. G. & C.

B arg. l. hostes 24. ff. de capt. & postl. rev. junct. § sed & 6. J. de J.
N. G. & C.

C puta Principes, Comites, Barones, Civitates Imperiales, aliq; Im-
perii status, cum hi in suis territoriis ex concessione & indulgentiâ Impera-
toris quoad eorum subditos tantum possint, quantum Imperator in imperio
per text. l. prohibere 3. § planè 4. cum seq. ff. quòd vi aut clam. Non au-
tem hoc Principes & Status Imperii habent simpliciter & absolute, sed re-
spective per infeudationem sc. & beneficio Imperatoris ut superioris Recept.
Imper. de anno 1521. tit. Handhabung Friedens § darauff befehlen.

V.

Dantur privilegia Subditis, non tamen omnibus. A No-
stræ verò præsentis dissertationis sermo est duntaxat de pri-
vilegiis pupillorum.

A Ex-

A Excluduntur enim infames l. 12. C. de Decur. e. tuarum 11. l. 6. ut
privilegia 24. de privileg. ut & illi quibus jus commune sufficit l. un. C. de
thesaur. aliq. indigni l. Judeos 11. C. de Judais.

VI.

Sunt autem P U P I L L I A impuberes B sui juris patriæ
potestati exempti, C qui semetipsos per ætatem defendere
nequeunt D.

A Dicti à puppo, quæ dictio puerum significat, ut & antiqui puppam
appellabant, quam nos hodiè puellam. Persius Satyr. 2.

Dicite Pontifices, in sacris quid facit aurum?

Nempe hoc quòd Veneri donatæ à virgine puppæ.

Unde pupillus qs. parvus puellus & puppa qs. parvula puella.

B Hinc patet, omnem quidem pupillum impuberem esse, at non
contra l. 4. ff. de in lit. jur. l. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. si impuberi 13.
de tut. & curat. dat. ab his qui jus dand. Nam impubes est quilibet, qui
nondum pubertatem ingressus est, licet in alterius potestate sit per l. 8. § 1.
ff. de adquir. hered. etiamsi servus sit l. excipiuntur 14. ff. de Scto Silan. h.
e. qui decimum quartum annum non explevit, omnisq. puella, quæ annum
duodecimum nondum superavit in fin. pr. J. quib. mod. tutel. fin.

C h. e. qui à patriæ potestate liberi sunt, aut patris morte cum natu-
rali, tum civili in pr. item § 1. & 3. J. quib. mod. jus patr. pot. solv. ut
quia pater verè fato excesserit, vel in exilium missus sit; aut emancipatione
& præterea 6. J. eod. puta, quia pater eum sui juris esse voluit, misitq. man.

D l. pupillus 239. ff. de V. S. § 1. J. de tutel.

VII.

Horum igitur privilegia per tria Juris objecta, ceu Per-
sonas, Res & Actiones, secundum concinnam Institutionum
seriem commemoraturus sum, quorum primum se repræ-
sentat in ARROGATIONE A respectu Arrogatoris, quòd vi-
delicet pupillum non aliter arrogare possit; quàm per rescri-
ptum Principis B cum causæ cognitione C & sufficienti cau-
tione D.

A § 3. J. de adopt.

B per l. 2. ff. de adopt. d. § 3. & 1. J. eod. quod postea à magistratibus
intimatur l. 2. C. eod.

C Licet puberis etiam arrogatio per rescriptum principale conficiatur,
tamen

tamen non requirit tantam tamq̄ exactam causæ cognitionem, præsertim si Tutor ad evitandam rationum reddendarum necessitatem pupillum arrogare velit l. nec ei 17. ff. d. t. vel quòd fortè id fieret propter amplum patrimonium pupilli, cui arrogans inhiaret; nam bona & liberi arrogati transeunt in potestatem arrogatoris l. 15. l. 40. d. t. Hinc probè perpendendum, an scilicet arrogando pupillo honesta & utilis futura sit arrogatio, ne in fraudem vel perniciem tendere possit.

D Ut caveat Arrogator Notario publico, si fortè arrogatus impubes moriatur, restitutum se quæ ex bonis ejus consecutus fuerit, illis ad quos ea perventura essent, si arrogatus in suo statu permansisset l. non aliter 18. cum ll. seqq. ff. de adopt. § 3. J. eod. ne spe bonorum aliquid in vitam pupilli arrogati pater arrogans moliretur: quod si decedens arrogator eum exheredavit, vel vivus sine justâ causâ emancipavit, relicturum se ei quartam bonorum partem, nempe præter illa bona quæ ad arrogatorem transtulit, & quorum commodum postea ei acquisivit l. 2. C. de adopt. d. § 3. v. item non aliter J. eod. Quin & si pupillus pubes factus non conducere sibi arrogationem probaverit, emancipetur per l. 32. l. 33. ff. d. r. & bona sua secum auferat l. 3. § si quis minor 6. ff. de minor. ARROGATIO igitur PUPILLI non nisi ex justissimis causis ac certis quibusdam conditionibus adjectis fieri solet.

VIII.

Secundum PUPILLORUM privilegium consistit in TUTE LA ^A intuitu Tutoris, ^B cujus officium vertitur in tuitione ac defensione personæ ^C ac rerum ejusdem universarum administratione ^D.

A Cùm enim inter omnes constet, fragile esse & infirmum pupillorum consilium & multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum, ita ut ab avaritiæ atq̄ nequitiæ mancipiis, facultatibus, corpore, vitâ ac famâ facillimè laderentur tot t. ff. de minor. add. l. 48. ff. de fidejussor. putarunt Jurisprudentes incommodis hisce intolerabilibus, si tutores consilii & auxilii inopiam supplentes eis præsticerentur, obviam iri posse l. ult. ff. de manum. vind. cum naturali juri judicio scilicet seu dictamini illi rationis, quod à naturâ animis hominum insitum est, conveniens sit, ut is qui perfectæ ætatis non sit, hoc est, qui paterno consilio & auxilio destitutus se per imbecillitatem sui regere nequit, alterius prudentioris, qui firmum jam habet animi judicium, arbitrio gubernetur & defendatur § impuberes 6. J. de

331.
43.

6. J. de Ateil. tut. l. 1. ff. de minor. Id quod apud omnes populos pene-
que custoditum ac custoditur, cum natura ordo flagitet, ut puerilis et a-
etis inscitia saniorum regatur ac dirigatur prudentia: Unde tutela te-
stamentaria & legitima meminit, praeter nostros Jeros, lex XII. tabu-
bul. his verbis: Tutores liberis in potestate testamento parentes danto,
si non sint dati, adgnati, qui successionem sperant, sunt l. 1. l. 20. in fin.
ff. de test. tut. Praeterea jus civile cuiuslibet Magistratui politico serio
injungit, ut pupillis destitutis tam Testamentariis quam Legitimis tu-
toribus tutores idoneos constituat ac confirmet in pr: J. de Ateil. tut.
hinc illorum fidei hanc imbecillam aetatem gubernandam committit &
unicè commendat singulari provisione praescribens, quomodo orphano-
rum tutelam administrare, quam exactissimam durante ea diligentiam
adhibere debeant, nullam non moventes lapidem, ut re sint eorum Tui-
tores atq; defensores cum quo ad illorum personam, tum quo ad bona l.
1. § 7 ff. de offic. prof. urb. l. 24. ff. de tut. & curae dat. l. tutoris
30 de admin. & peric. tut l. 28. C. eod. & alibi. Quin & Deus omnium
orphanorum parens opt. Max. eos specialiter in suam tutelam & cu-
ram recepit creditur Exod. 22 Pupillis non nocebitis. Si leseritis eos,
vociferabuntur ad me. & Ego audiam clamorem eorum, & indignabi-
tur furor meus, percuniamq; vos gladio, & erunt filij vestri pupilli.
Item Deuter. 27. Maledictus qui pervertit iudicium pupilli. Jacobi. 1.
vers. fin. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem haec
est visitare pupillos in tribulatione eorum.

B. A tuendo. Debet enim tueri ac defendere pupillam §. 2. J. de tu-
tel. l. 1. §. 1. ff. h. t. & non minus ipsum diligere, atq; si ab ipso esset ge-
nitus, nec res illius deterius quam suas administrare, imò affectu quo-
dam animi melius curare & summà cum fide peragere tutelam debet.
Plato libr. 11. de. LL. ut nomen rei ipsi consentaneum atq; conveniens
sit.

C. Defensio verò personae in tutelâ Tutori principaliter incumbit §.
4. J. qui testam. tut. dari poss. l. 12. §. 3. ff. de admin. tut. Hec con-
sistit in corpore & salute ejusdem d. l. 12. arg. l. 7 ff. de curat. furios.
dand. Deut. 14. v. 29, hoc est, in pupilli educatione, institutione
ac defensione, nempe ut ei pro modo facultatum atq; conditione ac sta-
tu personae alimenta subministrat honesta ac necessariis l. 1. l. 2. C. de
alim. pup. prost. deind. eum pro dignitate natalium & personae qualitate

B

artibus

artibus liberalib. & illiberalibus bonisq; moribus quam fidelissimè informari curet ac procuret l. 3. l. 4. ff. ubi pupil. d. l. 12. § 3. de admin. tut. Deniq; ut omnem vim & injuriam pupillo illatam propulset, incommoda omnia pro viribus amoveat, & econtra commoda promoveat ipsum in suum patrocini-um fidem ac protectionem recipiens per l. 10. l. 30. ff. de admin. tut.

D Harum administratio secundario seu per consequentiam datur tu-
tori § datus 17. 7. de excus. tut. l. 21. § 2. ff. h. t. qua non ante decernitur,
quam tutor Inventarium rerum pupillarium expensis pupilli conficiat, &
Jusjurandum cautionemq; praestet rem pupilli ex bona fide defensum
iri l. fin. § pen l. tutores 24. C. de admin. tut. l. de creationibus 27. C. de
Episcop. aud. l. ult. § 1. C. arbitr. tut. text. in authent. c. ult. Novell. 72.
Vvesenb. in . ff. de tutel. n. 5. quod ipsum & in Receptu Imperii Anno 48.
Augusta edito Tit. Von der Pupillen vnd Minderjährigen Kinder
tutorn vnd Vormunden cautum est: Daß ein jeglicher Vormund/
er sey gleich in Testamentsweise verordnet/oder durch das Rechte
oder Richter gegeben/sich der Vormundschaft nicht vnterziehen
soll/die Verwaltung sey ihm dann zuvor durch die Oberkeit decer-
nirer vnd befohlen / vnd daß er nach befohlener Verwaltung von
allen Gütern ligend vnd fahrend / Schulden vnd Registern / ein
inventarium auffrichte vnd rechtmessige caution vnd Versicherung
thue/anch mit Gelübden vnd Eyden beladen werde / daß er seinen
Pflegkindern vnd ihren Gütern getrewlich vnd erbarlich vorseyn/
ihre Person vnd Güter versehen vnd verwahren / die Güter nicht
in eigen Nutz kehren oder wenden/noch dieselben ohne Vorwissen/
Erkandniß vnd decret der Obrigkeit vereusern/verpfenden oder be-
schweren. Quare ex constitutione S. Rom. Imperii & Jure Saxon. tuto-
res obligati sunt, ut singulis annis, constante etiamnum tutelâ, rationes red-
dant administrata tutela Landr. libr. 1. art. 23. 41. 44. 45. Sachs. lib. 1. diff.
17. id quod etiam statuit jus Canonicum Clem. 3. de relig. dom. cap. 2.
Cumq; apud Saxones olim dubitaretur, an id in omnibus tutoribus valeret
constit. Elector. 11. part. 2. id ipsum simpliciter ad omnes tutorum species
extensum est, cum in omnibus eadem sit ratio, praesertim quia indistinctè &
indefinitè loquitur d. art. 23. Ubi autem lex non distinguit, nec nos distin-
guere debemus l. de precio ff. de Publ. in rem act. & indefinita in legibus
equipollent universalibus, nisi diversa appareat ratio Bart. & Dd. in l. 1. ff.
de R. I. Quamvis jure civili finita de eadem administratione ad rationes red-
dendas

idendas teneantur tot. tit. ff. de tutel. & rat. distrab. Summatim administratio rerum pupillarium consistit in utilibus non prætermittendis & inutilibus non admittendis text. in l. generaliter 10. l. à tutoribus 33. ff. de administ. tutor. l. 1. in pr. de tut. & rat. distrab. ita ut tutor teneatur, tam de commissis quam omisus l. 2. C. arbitr. tut. ac proinde pupillo ratione administrationis in bonis sui tutoris tacitum detur pignus l. ult. ff. de tut. & rat. distrab. l. si mater 6. C. in quib. caus. pign. tac. contrah. l. 2. C. quando mul. tut. off. fung. Nec tantum ipsi Tutores obligantur, verum etiam illorum Fidejussores, & in subsidium etiam Magistratus, qui vel omnino non satisfacere, vel satisfacere quidem, sed non satis idonee passi sunt tot. tit. ff. & C. de fidejussor. tut. & de Magistr. conven. Hoc tamen sciendum Magistratum non posse ex publico arario seu fisco civitatis, si in subsidium conveniatur, solvere, sed ex propria facultatum & bonorum substantia, ut patet ex tot. tit. C. de Magistrat. conven.

IX.

Tertium elucescit in præstandâ **AUTORITATE** Tutoris, **A** quæ in terminis offensivis pupillo necessaria est, **B** in proficientibus non æquè **C**.

A t. t. § de autor. tut. Autoritas autem tutoris est contestatio & approbatio tutoris facta de eo quod agitur cum pupillo à tertio l. 3. ff. de autor. & consens. tut. & curat. t. t. C. de aut. præst. cum ipso negotio quod inter tertium & pupillum agitur, disertis verbis incepta & absoluta l. 9. § 5. ff. de autor. tut. § tutor. 2. § eod. l. 11. ff. de acquir. rer. dom. adeo ut cum pupillo egisse censeatur, qui cum ejus administratore egit, cum domini loco habetur per l. 27. ff. de admin. tut. l. 7. § 3. pro empt. l. 56. § 4. de furt. l. 157. de R. J. l. 2. C. de quest. quantum ad providentiam pupillarem attinet, in quâ exactissimam diligentiam adhibere debet, ne doli, lata aut levis culpa reus argui possit l. contractus 23. ff. de R. J. l. tutori 20. C. de negot. gest. Hæc autoritas constat ex legitima rei gesta cognitione & ejusdem cognita approbatione l. 14. ff. de autor. tut. qua pupilli judicium & inopia ac imbecillitas consilii suppletur l. 32. § 2. ff. de adq. possess. quæ omnia vergunt ad utilitatem & commodum pupillorum ne ullum damnum faciant. § 1. § de autor. tut.

B l. obligari 9. ff. de autor. tut. l. pupillus 9. de adq. hered. quia quando pupilli se alteri obligant, obligando rem suam facere incipiunt deteriores, id

B 2

quod



quod fieri non debet per regulam elegantem, qua docet Justinianus, pupillum obligari, nisi tutore auctore, non posse in pr. J. de aut. tut. d. l. 9. ff. eodem cum in contractibus & obligationibus, ut sunt emptio, locatio, hereditatis aditio, transactio, iudicia & c. tum in distractibus, qui detrimento esse pupillo possunt, ut solutio, liberatio, acceptilatio, & c. Quomodo igitur pupillus obligationem contrahere & rem suam alienando debitorem sibi acquirere; ita distrabere obligationem, nec obligatum sibi debitorem obligatione pristina liberare nequit, quia liberatio species quaedam alienationis perhibetur. l. 1. in fin. ff. qua in fraud. cred. cum etiam ejus consensus lex non habet pro legitimo, ita ut quamvis rerum suarum dominus sit, nullius tamen rei alienatio sine tutoris autoritate ei concessa est §. nunc admonendi 2. cum vers. seqq. J. quib. alien. licet vel non. l. contra juris 28. ff. de pact. nec immerito, cum & aequitatis ratio suadet, pupillis ob consilij infirmitatem imperfectae aetatis comitem alienationem interdiceret. Hi namque neque scire, neque discernere sine tutore quidquam possunt, non magis quam furiosus. l. 9. ff. de acquir. hered. l. fin. ff. rem pupilli salv. fore l. fin. de jur. & fact. ignor. Nam nisi adposita tutoris autoritate nec velle, nec nolle creduntur, ut loquitur l. 189. ff. de R. I. cum pupilli stabilem mentem nondum adepti l. fin. C. de testam. milit. neque consilij capaces sint. l. 8. §. 1. ff. de acquir. hered. & nullum vel non plenum animi iudicium habeant §. 1. J. quib. non est per mis. fac. test. sed pro absente habeantur l. 10. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. In omnibus ergo rebus infirmum illud iudicium auctore tutore regitur. l. fin. in fin. ff. de manumis. vindict. aliis ex contractu nequaquam possunt obligari l. 9. ff. de aut. tut. l. 43. de oblig. & act. nisi dolus quem adhibet pupillus aetatem suppleat, aut locupletior fiat. l. 3. §. fin. l. seq. ff. de trib. act. l. 1. §. an in. pupillum 15. ff. de pos. l. 3. ff. commod.

C. cum in causis & negotijs in quibus pupillus suam conditionem meliorem facit, puta alio sibi obligando, necessaria non est §. 1. J. de autor. tut. §. pupillus 9. J. de inutil. stipul. l. pupillus 11. ff. de acquir. rer. dom. Cessat enim tunc causa finalis ipsius tutela, qua ideo decernitur, ne impuberes imbecillitate aetatis ferant praedictum & incurrant in aliquod damnum. Ratio diversitatis est favor pupillaris aetatis, cum placeat, meliorem quidem conditionem licere pupillis facere etiam sine tutoris autoritate; deteriore autem non aliter quam cum tutoris autoritate per pr. J. de autor. tut.

Hic incidenter quaeritur : An pupillus tutore non interveniente saltem naturaliter obligetur? Dist.

Aut factus est locupletior ex conventionem, hoc est, non pauperior per l. 47. §. 1. ff. de solut. tunc obligatur & naturaliter, non tantum ob consensum, sed etiam ob naturalem aequitatem, ne cum alterius damno rem suam reddat meliorem contra l. nam hoc. 14. ff. de condict. indeb. l. jure succursum 6. in fin. ff. de jur. dot. l. jure natura 206. de R. J. c. locupletari 48. de R. J. in Gro. l. 3. §. 4 l. 6. ff. de negot. gest. l. 5. ff. de aut. tut. l. 13. §. 1. de condict. indeb. l. si pupillus 21. ad 2. Falcid. l. si ejus 64. ad Sctum Trebell l. cum illud 25. §. 1. ff. quando dies legat. l. 127. de V. O. l. 1. in fin. de novat. l. 15. l. 44. vers. item si pupillo l. in pupillo 47. l. 66. l. 95. §. 4. ff. de solut. l. fin. C. de usucap. pro impr. §. 2. §. quib. alien. lic. vel non & hodie quoad effectum civiliter, ideoque in ipsum datur utilis actio l. 3. §. 4. l. 6. ff. de negot. gest. l. 1. §. an in pupillum 15. ff. de posui l. 3. commodati l. 1. l. 5. in pr. & §. 1. de autor. tut. l. 10. de instit. action. licet ab aliis naturalis obligatio producenda actioni non sufficiat arg. l. creditores 10. ff. de V. S. & l. fidejussor 16. §. naturales 4. ibidemque Accursus ad verb. actio aliqua ff. de fidejussor. Aut non factus est locupletior, & tunc ne naturaliter quoad effectum obligatur l. quod pupillus 41. ff. de condict. indeb. l. 9. de autor. tut. l. 59. de oblig. & act. fit ut nec exigi possit quicquam a pupillo, & si exactum solverit, habeat repetitionem. Et haec quidem favore pupillorum, ne imbecillus & improvida etas facile capiatur, introducta sunt. Potest igitur meliorem quidem conditionem suam facere pupillus alterum sibi obligando; deteriore non aliter quam cum tutoris autoritate in pr. §. de autor. tut. qui se autoritatem praestando res pupillares diminuat, extra damnus est pupillus laesus; cum quia tutor rem illi salvam praestare debet tot. tit. rem. pup. salv. fore l. pupillorum 21. l. si tutoris 23. C. de administ. tut. l. 1. & 3. C. si tut. vel curat. interv. tum quod in integrum restitui potest l. 2. & t. t. C. si tut. vel curat. interv. Regulariter autem tutor, seipso autoritatem praestante, cum pupillo contrahere non potest, eo quod res non videatur bona fide gesta, l. 1. in pr. l. 5. §. sed. si. 3. ff. de autor. tut. §. fin. §. eod. praesumitur enim mala fide emere, qui quid comparat ex rebus pupilli per interpositam personam. Quin. & lex expresse resistit huic obligationi per l. non licet 46. ff. de

contrah. empt. l. cum ipse 5. C. eod. ac pro iniquissimo habet, quod tutor, qui deberet precavere, ne pupillus alteri obligetur, patiatur illum sibi obligari arg. l. alius 15. ff. si servit vind. nisi pupillus factus esset locupletior, & autoritas tutoris alterius intervenisset d. l. pupillus 5. ff. de auct. tut. l. non existimo 54. de administ. & peric. tut. d. l. cum ipse 5. C. de contrah. empt. Hinc nec moribus nostris Saxonis maritus ceu uxoris tutor potest illi autor esse in alienatione, quam in commodum & rem mariti facit, sed ad hoc, ut alius a Judice tutor detur, opus est, vide Fach. diff. 7. & 8. Si vero tutoris autoritas rite fuit adhibita, obligatur pupillus & naturaliter & civiliter. Naturaliter propter consensum: Civiliter propter legis approbationem l. impuberes 13. ff. de auct. tut. nisi contractus sit celebratus de re immobili; qui quia in hujus alienatione requiritur necessaria causa & ejus cognitio ac decretum Magistratus tot. tit. C. de pred. minor sine decret. non alien.

XI.

Quartum versatur in CURATIONE Curatorum, in qua pupilli puberes jam facti, masculi anno ætatis decimo quarto, fœminæ duodecimo completo, ob ætatis infirmitatem & judicii imbecillitatem sunt usq; ad legitimam & adultam illorum ætatem.

L. 1. § 3. ff. de minor. l. 3. C. de in integr. restit. Etsi enim pubertate finitur tutela text. in § 1. J. quib. mod. tut. fin. & in l. 1. C. quando tut. vel curat. esse des. tamen cum puberes ejus ætatis sint, ut sua negotia tueri nequeant, curatores illis dari solent ab iisdem Magistratibus, à quibus tutores dantur § 1. J. de curat. aut ex generali quadam ubiq; locorum recepta consuetudine, præsertim in Germaniâ, Tutores semel legitime dati post pubertatem plerunq; & curatores permanent, ac rebus minorum præsumunt, usq; ad ætatem adultam, quæ de jure civili porrigitur usq; ad 25. l. 3. § minore 3. ff. de minor. de jure vero Saxonico usq; ad annum 21. ætatis completum Landrecht libr. 1. art. 23. & art. 42. in utroq; sexu tam masculo, quam fœminâ; Licet enim corpore citius adolescent fœmine, non tamen animo, judicio & prudentiâ antevertunt. Nam ut Cicero inquit libr. 1. offic. Crescenti adolescentiæ maxima inest imbecillitas judicii, unde sæpè fit, ut contrahendo circumveniantur & ledantur: ideò Lex noluit adolescentibus minoribus ita committere rei suæ administrationem, ut rata sint
per

per eos gesta, secundum gl. in pr. in verb. accipiunt J. de curat. & gl. in l. 1. in verb. committi ff. de minor. Tutores autem de jure communi etiam finitâ tutelâ periculum administrationis subeunt, & de malâ administratione iudicio tutela tenentur, si pupillis puberibus jam factis non potuerint dari curatores, quibus reddant rationes, vel eosdem testatò admonuerint, ut ipsimet Curatores sibi dari petant; adeò ut si quid interea ex rebus minorum usq; ad 25. annum perierit, illud eorum Tutorum damno ac periculo pereat per text. elegant. in l. ita autem 5. § si tutor 5. l. à tutoribus 33. § 1. & l. tutores 39. in pr. qui post ff. de administr. tut. Proindeq; omnia bona tutorum atq; curatorum tacite ipsis pupillis & minorennibus pro administratione tutela sunt hypothecata l. de creationibus 27. C. de Episcop. aud. l. pro officio C. de administr. tutor. usq; adeò, ut si mater liberorum suorum tutrix ad secundas nuptias adspiraverit, non redditis rationibus, ejus quoq; mariti bona præterita tutelæ ratiociniis pignoris nexu teneantur obnoxia l. 2. C. quand. mul. tutel. offic. fungi pot. l. pen. C. in quib. caus. pign. tac. contrah. Novell. 22. c. 40. Quando verò major 25. annis quis efficitur, sibi metipsi præesse administrationemq; rerum suarum liberam habere potest. Nam tunc lex præsumit & statuit, eum confirmato esse iudicio, ita ut contrahendo facile decipi nequeat l. 1. § 2. ff. de minor. nec non constat post hoc tempus continuam corporis & animorum agitationem ex humorum perturbatione orientem conquiescere.

XII.

Tantum de primo objecto. Prodit in ordine secundum alterum juris objectum; utpote **R E S**, quantum privilegium pupillare quoad **SUBSTITUTIONEM PUPILLAREM**: Aqua parentes liberis impuberibus in potestate tempore testamenti conditi, ac mortis eorundem existentibus atq; in nullius potestatem post mortem testatoris recasuris^B provident de herede, si forsan intra tempora pubertatis debitum universæ carnis persolvant, antequam ipsi sibi heredes aut instituere testamento, aut habere naturâ possint.

A in pr. J. de pupil. substit. puta in hunc casum: Sempronius filius meus impubes mihi heres esto; si filius meus mihi heres non erit, sive erit, & intra tempora pubertatis decesserit, Titius heres esto. Interdicta enim est impuberibus usq; ad pubertatem testamenti potestas in fin. J. d. t. Hinc moribus, inquit Imperator, institutum est, ut cum ejus ætatis filii sint, in qua ipse



ipsi sibi testamentum facere ac heredem eligere non possunt, parentes in
quorum potestate sunt, eis de herede non secus ac de tutore provideant l.
s. ff. qui testam. fac. poss. l. 2. ff. de vulg. & pup. substit. quia liberi &
parentes una quasi & eadem persona censentur l. ult. C. de impub. sub-
stit. & l. 22. in fin. C. de agric. & censit. unum horum patrimonium,
una familia & vox patris vox filij esse perhibetur § 4. vers. ei verò J.
de inuicil. stip. & consequenter unum utriusq; respectu solennitatis & for-
me est testamentum § liberis s. J. de pupil. substit. l. patris 20. ff. de
vulg. & pup. substit. Quae substitutio evanescit pubertate heredis § mas-
culo s. J. de pup. substit. quia liberi puberes facti sibi heredem hac eta-
te scribere possunt l. verbis 7. l. ex facto 43 § 1. ff. eod. nec parens potest
filio liberam testandi facultatem, quam a pubertate consequitur, aufer-
re invitoq; obtrudere heredem tot tit. ff. si quis al. q. testari probib.
Cessante igitur causa finali hujus substitutionis, post etatem puberem
cessat & evanescit ipsa quoq; substitutio seu effectus, atq; ita ipso jure
velut tela expirat § ult. J. de Attil. Tat.

B. per l. Coheredi 41. § 2. ff. de vulg. & pup. substit. ubi particula
Quoq; satis innuit illud alterum tempus quo fit substitutio, item per l. si
alienum 49. § 1. de hered. instit. § in extraneis 4. J. de hered. qual. &
diffir. Ut igitur substitutio pupillaris valeat, utroq; & substitutionis
& mortis tempore pupillus in potestate parentis esse debet text. in l. 2. ff.
de vulg. & pup. substit.

XIII.

Sexto privilegio gaudent pupilli in CONTRACTIBUS,
quibus circumveniri aut quocunq; modo laedi possunt. A
Nam in contractibus ultro citroq; obligatorijs, in quibus sci-
licet hinc inde mutua oritur obligatio, si fiant cum pupillo
sine auctoritate tutoris, obligatur contrahens cum pupillo,
B ipse autem pupillus neutiquam C.

A. Text. est. in pr. J. de auct. tut. l. Julianus 13 § si quis 29. ff.
de act. empti & vend. Nam & hoc casu pupilli juvandi videntur odio
captiosorum hominum, qui usq; adeo suo inhiant lucro, ut nulla turpitu-
do eos absterreat à dolo, si illis ex eo aliqua spes lucri affulgeat. Et est
sanè in hunc casum exquisitè illis prospectum à LL. Romanarum condi-
toribus. Adeo enim non volunt cuiquam esse impune, tales personas
auxilio & consilio indigentes circumvenisse, ita ut nec si tutoris aucto-
ritas

335.
47

ritas intervenierit, aut etiam Praetor suum decretum interposuerit, valere fraudatorium contractum velint, ut non possint tales persone ob lationem contra eum petere se in integrum restitui. Imo nec, siquidem a Tutoribus sarciri possit damnnum acceptum, volunt, eos sibi praedecare, quod minus possint adversus fraudatores suos petere restitutionem in integrum, etiamsi prius cum tutoribus suis de damno sarciendo egerint, juxta tot tit. C. si tutor. vel curat. interv. § l. magis 5. § penult. ff. de reb. eor. qua sub tut.

B. Licet pupillus non possit contrahere sine autoritate tutoris, si tamen facit contractum sibi utilem, per quem ipsius conditio redditur melior, puta stipulando, paciscendo &c. sine praedicta autoritate valet per l. contra juris 28. ff. de pact. l. obligari 9. de autor. tutor. 5. pupillus 11. de acquir. rer. dom.

C. Pupillus enim sine autoritate tutoris contrahens nec naturaliter obligatur l. 41 ff. de cond. et. indeb. l. 59. de obl. & act. quando videlicet pupilli duntaxat persona in considerationem venit. Quod si enim non persona, sed res ipsa attendenda esset, adeoque ex RE obligatio & actio promanaret, puta si ex contractu quem sine tutoris autoritate iniit, factus sit locupletior, tunc sine ea obligatur, ut patet ex l. naturaliter 13. § 1. ff. de cond. et. indeb. l. 46. de oblig. & act. l. pupillus 5. § 1. de autor. tutor. l. quamvis 8. § ult. ad Sctum Vell. l. 4. § 4. de dol. mal. excepti. & alijs in thesi nostra X allegatis: nam hoc natura equum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiozem per l. 14. ff. de cond. indeb. Regulariter autem pupillus omnia negotia tutore autore gerere potest per l. 5. ff. de R. J. dñ videlicet alijs se obligare velit.

XIV.

Ut videre est in contractibus re celebratis nempe in MUTUO: A INDEBITO: B COMMODATO: C DEPOSITO: D PIGNORE. E

A Pupillus enim cum ipsius consilium & aetas infirma, sit sine tutoris auctoritate mutuam pecuniam alteri dare nequit, nec contrahit obligationem, sed prorsus invalida est huiusmodi mutui datio text. est in § 2. J. quib. alien. tic. vel. non l. obligari 9 ff. de autor. tut. RATIO quia pupillus potestatem alienandi & per se transferendi dominij non habet, quod tamen in mutuo requiritur, cum mutuum dicitur, quod de meo fiat tuum l. 2. § 2 ff. de reb. cred. in pr. J. quib.

C

mod.

mod. re contrah. oblig. Sine tutoris enim auctoritate conditionem suam
deteriorem minime facit in pr. § de auctor. tut. Unde quando pupillus
de facto mutuatur pecuniam alteri, nummi si adhuc extant vindican-
tur d. §. 2. §. quib. al. lic. vel non § l. 14. §. fin ff. de solut. quia
cum nunquam videatur ex bonis pupilli exisse, vindicari aequè possunt
ut alia quae nostra sunt l. in rem 22. ff. de rei vind. l. pupillus 11. de
adquir. rer. dom. Bonà fide autem si consumti fuerint, poterit eos con-
dici d. §. 2. arg. l. 12. ff. de reb. cred. l. interdum 29. de condict. in-
debit.

Secus est in mala fidei accipiente, puta cum accipiens sciverit,
pupillum esse eum cum quo contrahit, quem non ignorat pecunie alie-
nande potestatem non habere. Etenim mala fides similis hinc habetur
possessioni; quare ad exhibendum de consumtis nummis agi potest l.
rogasti 11. §. ult. ff. de reb. cred. d. §. 2. quia pro possessore est, qui dolo
possidere desit l. qui dolo 131. l. parem 150. ff. de R. §. Sic pupillus
mutuum accipiens non tenetur mutui restitutione. Aut enim pupillo
absq. tutore auctore pecunia mutuo datur, tum obligatur quidem sed
restituatur, ut inde dissipatà pecunià actio creditorì adversus ipsum
denegetur, ut est text. in l. patri 27. §. 1. ff. de minor. nec à pupillo re-
peti possit pecunia certi condictione, nisi locupletior factus fuerit, quo
casu in pupillum datur actio ex rescripto Divi Pii per l. 5. ff. de auctor.
tut. Aut tutore nomine pupilli mutuo datur pecunia, & tunc dene-
gatur actio in pupillum, nisi quatenus pecunia à tutore mutuo accepta
in rem pupilli conversa probetur arg. l. civitas 27. ff. de reb. cred. per
l. 1. C. si adv. cred. l. si in rem. 3. C. quand. ex fact. tut. l. 2. vers. si ob-
ejus utilitatem pecunia mutuo accepta est C. de curat. furios. Omni-
igitur casu videtur probandum pecuniam in rem pupilli versam.

B. Ad eundem modum pupillus non tenetur condictione indebiti,
si ei sine tutoris auctoritate non debitum per errorem datum est §. 1. §.
quib. mod. re contrah. oblig. Solutio namq. indebiti q. mutuuum est,
& qui indebitum per errorem solventis accipit, eadem actione tenetur
quàm qui mutuuum accipit per l. si quis. 5. §. 3. ff. de oblig. & act. §. item
is 6. §. de oblig. quae q. ex contract. nasc. d. §. 1. Indebiti tamen
comperit condictio, quatenus factus est locupletior l. in pupillo 47. ff.
de solut. & liber. cum enim naturà equum sit, neminem cum alterius
jacturà locupletari l. nam hoc 14. ff. de condict. indeb. merito pupillus

naturae

naturaliter obligatur ad id restituendum, quod ex alieno absq; causa
habet & paravit l. naturaliter 13. ff. d. 1.

C. Sic si pupillo commodatum sit, commodati actione non tenetur.
l. 7. § 2. quia justum consensum prestare non potest, nisi in quantum lo-
cupletior factus sit. l. 3. ff. commod. vel nisi in quantum dolo deliquit
rit l. 2. ff. de fidejussor.

D. Sic & adversus pupillum, si doli mali capax sit, dolumq; cons-
miserit, actio depositi datur d. l. 2. ff. de fidejussor. l. 7. § an in pupilluz
15. ff. depositi. In quantum autem locupletior factus est, convenitur,
etiamsi dolo non intervenerit d. l. 1.

E. Textus est in l. tutor. 16. ff. de pignorat. action. l. 7. § 1. de
reb. eor. qui sub tutel. Nam pignori dari non possunt res pupillares,
si lex refragetur, siquidem necessaria est inquisitio tam in rebus mo-
bilibus, pretiosis praesertim, quam soli l. 22. C. de administ. tut. At
pignus pupillo accipere tutor potest.

XV.

In contractu verbali, utpote STIPULATIONE
principali, ubi pupilli infantiae ac pubertati proximi A si-
ne tutoribus suis stipulando sibi alios recte obligant, B ipsi
tamen non obligantur, C nisi inde locupletiores facti
sint. D

A Tres enim sunt gradus pupillaris aetatis; pupillus infans: pu-
pillus proximus infantiae & pupillus pubertati proximus. §. pupillus 9. J.
de inutil. stipul. Pupillus infans b. e. minor septem annis. l. in sponsali-
bus 14. ff. de sponsal. l. si infanti 18. C. de jure deliber. qui sari
non potest per l. 3. C. qui admitti l. 1. §. 2. ff. de administ. tutor.
non potest stipulari l. mulier. 70. ff. de verb. oblig. quia hujus modi
aetatis pupillus nullum habet intellectum. d. §. 9. At infantiae proxi-
mus qui excessit septimum annum, sed nondum implevit decimum cum
cum dimidio Mysing. in d. §. 9. J. de inutil. stip. potest stipulari, ut
qui jam sari potest & aliquid intelligit per l. 5. ff. de R. J. ut & pu-
bertati proximus qui implevit decimum annum cum dimidio, sed non-
dum excessit decimum quartum l. ult. §. 2. ff. de verb. oblig. d. §. 9.
Ejus enim aetatis est, ut intelligat id quod agit,

C 2

B. Atq;

B. Atq; hoc ob utilitatem eorum receptum est, eos stipulari rectè posse, si ab aliquo centum aureos stipularentur per l. servum 6. ff. rem pupill. salv. fore promittere verò absq; tutoris autoritate non posse nam conditionem suam meliorem quidem puta sibi acquirendo, at non etiam deteriorem, id quod fit se obligando, facere posse constat ex l. 9. ff. de autor. tutor. ex pr. J. h. e. l. 7. C. de contrah. & committ. stipul.

C. per l. 1. C. de inutil. stipul.

D. Semper tamen cum quocunq; contrahat, civiliter & naturaliter obligatur, in quantum erit locupletior factus l. 1. l. pupillus 5. ff. de autor. tut. l. 1. in fin. ff. de novat.

XVI.

Porro cum per stipulationem FIDEIUS SIO constituitur, consequens est pupillum tam infantia, quam pubertati proximum absq; tutoris autoritate ob ætatem utilitatis gratiã propter legis prohibitionem stipulationi accessoria h. e. fideiussioni accedere non posse.

Text. in l. de die 8. §. 1. & 2. ff. qui satisd. cog. l. 9. §. idem 5. de reb. cred. l. 7. §. non solum 3. de minor. l. 5. §. 2. de constit. pecun. quia fideiussionis contractus damno duntaxat est spondenti, sicut dicitur: Sponde, prestò noxa est. Nam nisi adposita tutoris autoritate nec velle, nec nolle creduntur pupilli, ut loquitur l. 189. ff. de R. J. hinc pupillorum utilitati adempta intercedendi potestate leges consulunt. Intercedente verò tutoris autoritate fideiussionem suscipere pupillo non denegatur; tum enim omnia rectè gerere potest per l. 5. ff. de R. I. & tum pupilli iudicium suppletur autoritate tutoris, atq; hoc modo & naturaliter & civiliter obligatur per l. impuberes 13. ff. de autor. tut. Si verò ob intercessionem tutore autore factam rerum suarum detrimentum capere deprehendatur pupillus, restitutionis in integrum beneficio ipse succurritur d. l. 7. §. non solum 3. ff. de minor. l. si Titius 48. §. 1. ff. de fideiussor. Unde nec pro id reus omnino fideiussoribus in quibus quis tunc ac firmiter ius suum persequi posset, reputantur pupilli, nisi in rem suam fideiubeant, atq; ita validè & efficaciter obligentur d. l. de die 8. §. 1. ff. qui satisd. cog.

In con-

XVII.

In contractu literali, seu LITERARUM OBLIGATIONE. Exceptio namq; non numeratæ pecuniæ pupillo non currit.

Text. in l. sancimus 5. C. in quib. caus. in integr. restit.

XVIII.

In contractibus consensu existentibus ut in EMPTIONE. A LOCATIONE: B. SOCIETATE: C. MANDATO. D.

Cum enim consensus requiratur in omni obligatione, sequitur voluntatem ejus requiri qui consentire potest puta pater: nam impuberes non obligantur l. 1. §. 13. ff. de obligat. & act. Regulariter autem enumerati contractus celebrari possunt ab omnibus qui aliàs obligari possunt, nec non liberam habent suorum bonorum administrationem. Unde quia emptio venditio consensu peragitur, sine quo consistere nequit per l. 1. in fin. l. 9. ff. de contrab. empt. l. 2. l. 48 de oblig. & act. l. 35. in fin. de verb. oblig. at pupilli consensum lex pro non legitimo habeat, si quis à pupillo sine tutoris autoritate emerit, ex uno latere constat contractus atq; ita claudicat: nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillum sibi non obligat, ut patet ex text. l. Julianus 13. §. si quis 29 ff. de act. empt. & vend. quia scire debebat, pupillum contrahere non posse sine tutoris autoritate l. qui à quolib. t. 27. ff. de contrab. empt. l. more 8. de acquir. hered. nec non decretum judicis ac solennitatem in hujusmodi venditionibus exigi; cum pupillus non potest vendere rem immobilem etiam cum autoritate tutoris, nisi ex evid. necessariâ necessitatis causâ puta urgente debito & precedente inquisitione atq; interveniente judicis decreto, ut liquidò liquet ex l. 1. §. 2. l. 7. §. 4. l. 5. §. 9 ff. de reb. eor. qui sub tut. l. lex 22. C. de administ. tut. tot. tit. C. de præd. min. his enim solennibus requisitis non adhibitis talis contractus annihilatur. Econtrariò ipse pupillus favore ætatis pupillaris in emendo non obligatur in pr. §. de autor. tut. l. 11. §. 4. l. patri 27. §. 1. ff. de minor. Quæ tamen conclusio limitatur, ut pupillus petens rem emptam repellatur exceptione doli mali, si pretium dare nollet d. l. 27. §. 1. ff. de minor. Item si pupillus ex contractu factus esset locupletior d. l. verum 11. §. item 4. in fin. verb. rem per necessarium d. l. 27. §. 1. ff. d. t. veluti:

C 3

Si ali-

49 337.



Si aliquid vendidisset, licet non consistat venditio sine tutoris auctoritate, si tamen rem tradidisset & pretium recepisset, posteaq; vellet rem venditam vindicare, obstaret ei exceptio doli mali, donec pretium in suam utilitatem conversum restituat. Nam & jus natura prohibet, quem cum alterius iactura ac detrimento fieri locupletiores per l. iure natura 206 ff. de R. J. c. locupletari 48 de reg. jur. in 6.

B. Sic ex eodem principio J. de auct. tut. colligitur, pupillum ex locatione, que consensu contrahitur per l. 1. l. 14 ff. locat. conduct. sine tutoris auctoritate non obligari, cum ejus conditio deterior fiat. Res autem pupilli immobiles a tutoribus locari possunt etiam absq; decreto Magistratus, si modo ista locatio vergat in ipsius emolumentum, quam pupillus ante finitam conductionem revocare nequeat arg. l. si tutele 8. ff. de administ. tut. Bartolus, Baldus & alii in l. si filios familias 25. §. si vir 4. ff. solut. matrim. Verum prohibita alienatione locatio quoq; ultra novennium prohibita censetur Clement. 1. & Extravag. ambitiosa T. de reb. E. clesie non alien.

C. Ita societatem, cujus causa efficiens est consensus & animus contrahende societatis per l. qui admittitur 19. l. 32. l. 37. l. 44. ff. pro socio, coire potest pupillus, si modo tutoris interponatur auctoritas text. in l. ut in conductionibus 33. ff. d. t. nam pupillus pari posse non intelligitur per l. 110. §. 2. ff. de R. J. alias circumscriptus neququam per l. 7. §. 1. l. 16. §. 1. ff. de minor.

D. Quia itidem voluntas ac consensus contrahentium causam efficientem hujus contractus nobis demonstrant in pr. J. de oblig. ex cons. l. 1. in pr. ff. mandati. Hinc mandare & mandatum suscipere possunt, quibus alias contrahendi facultas illi concessa est. Prohibentur igitur vendere, locare, societatem coire, mandare quibus contrahere vetitum.

XIX.

Septimum pupillorum privilegium nobis suppeditant
DISTRACTUS, ut sunt: Solutio: Acceptilatio: Novatio;
Contraria conventio. A Etenim pupillis non recte solvitur,
nisi tutoris auctoritas & judicialis sententia sive decretum in-
terveniat, B alias facta solutione nec nummi si extent, nec
pupillus ex ea locupletior factus sit C sed pauperior, D &
sic

50 338.
sic consumpti, aut furto aliove casu amissi debitor denuo
eosdem solvere tenetur nec juvatur exceptione doli mali, B

A. Textus est in l. pupillo 15. ff. de solut. l. 1. in fin. l. 20. §. 1.
ff. de novat. l. 48. in fin. de fidejussor §. praterca 3. J. quib. mod. toll.
oblig. l. patri 27. §. 2. & 3. ff. de minor. l. 1. C. de acceptil.

B. §. 2. vers. at ex contrario J. quib. al. lic. vel non, l. sancimus
25. l. 27. C. de administ. tutor.

C. d. versic. at ex contrario l. 4 §. 4 ff. de dol. mal. & met. ex-
cept. l. un. C. de reput. que sunt in judic.

D. l. in pupillo 47. §. 1. ff. de solut.

E. d. l. 4. §. 4 ff. de dol. mal. & met. except. d. l. sancimus 25.
C. de administ. tutor.

X X.

Octavo privilegio juvantur pupilli in DELICTIS A
Nam pupillus infans aut proximus infantiae ex delictis non
obligatur, nec pro iis criminaliter potest puniri B quia ca-
ret intellectu & ignorat quid agat: C Pubertati vero proxi-
mus & doli capax D tenetur ex delictis B puta homicidio
F furto: G non tamen ita severè in eo delicto puniri de-
bent, H sicut in majoribus, quia ferè in omnibus pœnali-
bus judiciis ætati & imprudentiae succurritur. I

A. § in summa 18. J. de obl. que ex del. nasc. l. 15. 32. & 33. l. exci-
piuntur 14. ff. ad SCrum Silan. l. 1. vers. impuberes C. de falsâ monet.
l. 3. §. 1. ff. de sepulchr. viol.

B. per l. infans 12. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. sed & si §. 2.
vers. sed & si infans ff. ad L. Aquil.

C. ut dicitur in l. 1. vers. impuberes C. de fals. monet. & c.
aliquos §. caus. 15. q. 1. ubi dicitur: quomodo enim reus constituitur,
qui nescit quid faciat, cuius impuberem ætatem consilii innocentia a pœ-
na excusat per l. infans 12. ff. ad l. Cornel. de sicar. cum in delictis do-
lus seu propositum & voluntas attenditur l. Divus 14. ff. ad l. Cornel.
de sicar.

D. Ubi

D. *Ut pupillus pro delicto possit puniri, duo copulativè requiruntur. videlicet quòd sit capax doli, qui solus in suppliciis maximè in l. Cornelià 7. ff. ad l. Cornel. de sicar. consideratur, & proximus pubertati, ut demonstratur sub litera subsequenti.*

E. *per l. 14. ff. ad SCtum Silan. in qua lege additur ratio, quare puniatur, quia ejus sit ætatis, quanquam nondum puberis, quod intelligat se delinquere l. 23. ff. de fur. l. 112. de R. J. l. 1. C. si advers delict. §. 18. J. de oblig. que ex del. nasc. l. impunitas 7. C. de pen. cap. 1. de delict. puer. estq. omnium Dd. calculo approbata sententia.*

F. *Nam pupillus homicidium committens, licet sit doli capax, non tamen debet decollari, sed pœna propter ætatem mollienda est per text. in l. auxilium 37 §. in delictis ff. de minor. arg. l. 6. in pr. ff. ad l. J. l. pecul. l. 1. §. impubes. Etas enim excusationem meretur ff. ad SCtum Silan. Idem d. cernitur de jure Saxonico art. 65. lib. 2. ubi dicitur: Erschlägt aber ein Kind einen Mann / sein Vormund sol es bessern mit einem Wehrgeldt. Atq. ita pronunciarì solere refert Schneiderv. in quest. pupillus an & quando ex d. lictis obligetur n. 20. ad pr. J. de autor. tut. id quod confirmatur Constit. Elector. 23. part. 4. Von straff des Ehebruchs 2c. sequentibus verbis Wo sonst die Jugend keine Linderung mit sich brechte.*

G. *Sic in propatulo est, impubes in quos dolus non cadit, furti quod fr. adulosam exigit contrectationem, non obligari per l. impubere rem 23. ff. de fur. doli autem capaces ac pubertati proximos à pœna furti ordinariâ, qua criminalis est, ex qua vita alicui adimitur, favore ætatis immunes esse per d. l. 1. §. 32. cum seq. ff. ad SCtum Silan. constit. Carol. criminal. art. 164. Von jungen Dieben his verbis. Soder Dieb oder Diebin ihres Alters vnter vierzeben Jahren weren / die sollen vmb Diebstal ohn sonder vrsach. auch nicht vom Leben zum Tod gericht / sondern der obgemelten Leibstraff gemess mit sampt ewiger Brphede gestrafft werden / atq. ita pro qualitate personarum, furti quantitate, aliq. circumstantiis, juxta Jctos pecuniariam vel corporalem pœnam luere debet pupillus, quo casu r. stitutiõnis beneficio non gaudet, quia non accommodatur iis qui in legem deliquerunt, seq. ejus beneficio indignos reddiderunt l. auxilium 37. ff. de minor.*

H. *Licet autem pupilli prædictis limitationibus obligentur etiam sine.*

330
51

sine tutoris autoritate non interveniente, cum & in delictis subest naturalis equitas, qua prohibet delicta ac precipit neminem ledendum esse § 3. J. de just. & jur. l. si a reo 70. § id quod 5. ibi: Nam poenas ob maleficia solvi magna ratio suadet ff. de fidejussor. arg. l. 1. § 3. de furt. non tamen ultimo supplicio, quamvis capitaliter deliquerint, affiendi sunt, sed extra ordinem poenam mitiore, ut est text. in d. l. 37. § in delictis ff. de minor. l. si adulterium 38. § 4. & 7. ff. ad l. Jul. de adulter. d. cap. 1. de delict. puer. vers. quamvis in eis non ita ut in majoribus punienda videantur. Accedit constit. criminal. Carolina art. 179. his verbis: Wird von jemand der Jugend ein Uebelthat begangen/ das soll mit allen Umständen an den Orthen vnd enden/ wie zu ende dieser vnser Ordnung angezeigt/ gelangen vnd nach Rath der selben vnd anderer Berständigen darinn gehandelt oder gestrafft werden. Pupillaris enim aetatis ratio habenda est in delictis per l. 4. § 26. ff. de dol. mal. & met. except. l. 16. § 3. in fin. de poen. d. § 18. l. de obl. qua ex delict. nasc.

J per l. ferè 108. ff. de R. I.

XXI.

Hucusq; de secundo juris objecto, quod haecenus expositum est in privilegiis pupillaribus. Restat nunc tertium & ultimum objectum, quod est de ACTIONIBUS, in quibus ostenditur nobis nonnum pupillorum privilegium occupatum in JUDICIIS, ubi iudicium cum solo pupillo litigante absq; tutore legitimo agitatum ipso jure nullum est, quoniam pupillus civiliter vel criminaliter conventus non habet legitimam personam standi in iudicio.

Textus est in l. 1. § sufficit 2. ff. de administr. tut. l. cum & minores 4. C. si adversus rem jud. l. clarum 4. C. de autor. praestand. & l. 1. C. qui legit. pers. standi in judic. ne patiatur aliquod damnum, per rationem text. § 1. l. de autor. tutor. Nam quando pupillus habet tutorem, debet citari tutor, ut cum eo iudicium agitetur d. l. 4. C. de autor. praest. & si non habet, citandi sunt conjuncti ipsius pupilli, puta agnati vel cognati, ut veniant defensori ipsum pupillum vel tutorem ei dari carent text. in l. hac autem 5. § 1. ff. quib. ex caus. in possess. eatur, & ibi Bartolus. Idem communiter tenent Dd. in l. neq; impuberes 22. ff. de in jus vocand. l. sed si 24. de verb. oblig. l. contra pupillum 54. de re jud. Alias citatio solius pupilli nihil valet, nec citatus sine tutore contumax censetur l. ult. C. si propter publ. pensitat, atq; ita sententia la-

D

tia la-

tia lata contra pupillum indefensum est ipso jure nulla per l. acta 45. § 2. ff. de re jud. l. 6. § in pupillo 5. ff. de confessis, & si prolata erit, non nocebit l. 6. in fin. C. quomodo & quando judex, quia defensione justâ & tutoris auxilio fuit destitutus. Prædicta tamen sic accipienda, quando judicium vergeret ac tenderet in damnum pupilli, tunc verum esse, quod non valeat sine tutore; si verò absq; hujus autoritate sententia dicta utilis fuerit pupillo, in ipsius favorem valet, ita text. & ibi Bart. & Bald. in l. non eò minus 14. C. de procurat. in l. si tutor. 4. C. in quib. caus. in integr. restit. Ratio est, quod in actibus concernentibus favorem pupilli dicitur habere legitimam personam secundum Bald. & Jaf. in l. contra juris 28. in pr. ff. de pact. si sit major infante; nam si esset infans, cum equiparetur furioso, ex quo omni intellectu caret, non valet sententia etiam in ipsius favorem lata Baldus in l. neq; 7. C. de contrah. & commit. stipul. per tex. in § pupillus 9. l. de inutil. stipul. Hinc jusjurandum in litem non desertur pupillo, quia legitimam personam standi in judicio non habet arg. l. 1. & 2. C. qui legit. pers. standi in judic. hab. Sic ex eodem fundamento pupillus propter beneficium restitutionis in integrum t. t. ff. de minor. & l. 51. ff. de procurat. in judicio ad satisfaciendum pro alio non rectè adhibetur l. de die 8. § 1. & 2. ff. qui satisfac. cog. Pupillus autem autoritate tutoris rectè agere & conveniri potest; text. in l. 2. C. qui leg. person. standi in jud. l. in universis 11. C. qui dare tut. vel curat. possunt.

XXII.

Claudit nunc decimum pupillare privilegium, nempe **RESTITUTIO IN INTEGRUM**; *A* dum pupillus *B* in aliquo actu læsus *C* enormiter *D* ex proprio suo contractu & facto *E* sive tutoris autoritas interveniat, sive non, *F* sive in judicio, sive extra judicium, *G* licet per actionem tutelæ à tutore malè administrante jus suum consequi possit, *H* si factus major non habuit ratum quod in pupillari ætate gessit, *I* semper habet beneficium restitutionis in integrum, quæ peti potest, si est minor toto tempore minoris ætatis, *K* si major factus 25. annis, de jure communi intra continuum quadriennium integrum h. e. usq; ad 29. *L* de jure verò Saxonico tantum usq; ad 25. annum ætatis suæ completum *M* quia de hoc jure is qui 21. annum complevit, dicitur major. *N*.

A Restituere aliàs in genere est honoribus, ordini caterisq; restituere l. 1. in fin.

340.
52
in fin. C. de sentent. passis. Hic autem intellectam volo restitutionem illam quando Praetor se causa cognita minores quoad actiones movendas & intendendas restitutos pollicetur per l. 1 ff de minor. Est autem Restitutio in integrum in pristinum statum repositio, qua uterq; ledens & latus in pristinum statum reponitur, ita ut unusquisq; in integrum jus suum recipiat l. quod si 24. § restitutio 4. ff. de minor. l. 5. C. de his qua vi & c. l. 1. l. 2. C. si advers. transact. & quod abstulit lesio, restitutio reddat per. l. sed & si 26. §. 7. cum seq. ff. ex quib. caus. majores. Unde dicitur remedium juris beneficium, auxilium extraordinarium privilegium l. 6. § ult. l. 7. § 1. ff. de in integr. restit. l. 16. l. 36. de minor. l. 4. l. 38. ex quib. caus. majores, sed usitatus restitutio in integrum.

B l. 1. §. 2. ff. de minor. cuius aetatis imbecillitas & favor meretur, ut jura laeso subveniant. Pupillaris enim aetas est causa restitutionis impulsiva l. 1. ff. de in integr. restit. l. 5. § 1. C. eod.

C. l. 2. ibi si circumventi sunt C. si tut. vel curat. interven.

D Nam pro minima lesione restitutio non conceditur l. scio 4. ff. de restit. in integr. l. si quis 9. in fin. de dol. l. non omnia 44. de minor.

E Secus si ex contractu sui antecessoris. Filius enim non restituitur contra contractum, quem pater suus celebravit, ut notatur post text. in l. *Emilius* 38. ibi: quod pater ejus, non ipse contraxerat ff. de minor. l. 2. C. si advers. vendit. pignor.

F tot. tit. C. si tut. vel curat. interven.

G text. est in l. 2. C. si tut. vel curat. interven. & l. 4. C. si advers. rem jud.

H per l. 3. C. si tut. vel curat. interven. Sic actio personalis ceu ordinaria cum restitutione ceu extraordinaria concurrat, neq; pupillus eligendo unam viam in aliam sibi praedjudicat, sed utraq; competit ipsi adversus tutorem per l. fin. C. d. t.

I Nam si ratum habuit, sive tacite quia passus est labi quadriennium, sive expresse, quia ipso facto vel verbis expressis approbavit gesta in pupillari aetate, restitutio ipsi denegatur, ut constat ex t. 1. C. si major fact. rat. hab.

K per l. illud 25. § fin. ubi glossa ff. de minor. Covar. var. resol. libr. 1. c. 6. n. 6. vers. Nono erit advertendum tutorem curatoremve restitutionem in integrum postulare posse.

L Ad

L Ad petendam restitutionem talem olim fuit præfinitum tempus annuale l. 1. § 1. vers. item si quis in fin. ff. ex quib' caus. majores. Hodie autem post 25. annos completos minoribus continuum quadriennium integrum ab ingressu justæ ætatis computandum ad restitutionem petendam est concessum l. fin. C. de tempor. in integr. restit. postea non auditur.

M Hinc de jure Saxonico expirat illud quadriennium eo tempore quo de jure communi incipit currere.

N Landrecht libr. 1. art. 42. & Lehenrecht art. 26.

XXIII

Coronidis loco notandum est, pupillos tamdiu privilegiis prædictis gaudere, quamdiu in impubertate sunt constituti.

Text. in l. 1. l. fin. C. quando tut. vel curat. esse desin.

Cessante namq; causa privilegii, debet cessare ipsum privilegium. Nec transmittuntur hæc privilegia ad heredes pupillorum vel aliorum, quia mero favore persona istud concessum est arg. l. penult. § si puella s. ff. de rit. nupt. Hæc de privilegiis pupillaribus dicta sunt; omnia enim attingenda non sunt nec attingi possunt. His igitur receptui cano immortales dicens laudes DEO pupillorum PATRONO ter. Opt. ter. Max.

CUI SOLI PUPILLIS
perennis GLORIA SALUS sempiterna.

F
I N I
S.









X2615935

Von







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

DUCE 1625, 1 39. 13

URIDICA,
REGIIS
RVM,

onico & Saxonico,

nificæ & Amplissi-
ctorali Academia

DIO
onsultissimi

UMELII
& Professoris

defensurus

US COBURGO

bris

m.

Risch.

78

